

MISSE

1019

OLL

NIEN-



Hunc librum Musis  
suis inservientem  
iure possidet  
Theodor Mahlmann

Comparati mihi  
Witzeb.  
p. mat. 12. q.  
p. hinc. 4. q.  
Al. Joh. Reibel.  
1624.

CHRISTOLOGIAS SACRÆ

Disputatio vigesima Quinta

De

NATIVITATE

CHRISTI EX VIRGINE.

*Quam*

Annuente Θεωθεώπω

SVB PRÆSIDIO

Dn. BALTHASARIS MEISNERI

S. S. Theol. D. & P. R.

*In privato Collegio ad disputandum  
proponit*

LAURENTIUS WIGANDUS RE-  
gio-Boruff.

*Habebitur ad diem 5. Septemb. horis pome-  
ridianis*

In auditorio minori.

WITEBERGÆ

*Johannes Gorman excudebat,*

Anno, cl. 15, CXIX.

CHRISTOLOGIAS SACRAE

DIPLOMATIS VIGILANTIA

IN ATTIWITATE

CHRISTIANE VIKONIE

ANNONIA GARDIA

ZNA M. E. 1810

DR. BALTHASARIS MEISNERI

S. Theol. p. p.

In gratia C. C. C. C. C.

LAFRENTIUS WIGANDUS R. E.

Habebat ad hunc S. p. d. d. d. d. d.

WITBERGA

Johannes Gorman excudit

Anno, cl. 1810

CONINUATIO.

**U**T duæ sunt Θεανθρώπων naturæ,  
 una harum dupli em Nativitatem indi-  
 cat Scriptura: Naturarum altera est  
 divina per æternam generationem  
 genita; altera humana per temporalem na-  
 tivitatem producta; illa facta est à Patre, sine  
 Matre; Hæc à Matre sine Patre: Per illam  
 verus DEVS & ἁγίος: per hanc verus homo &  
 frater noster existit: illa natus ante omnem diem,  
 qui omnem creavit diem; hæc natus in die, qui (a) Aug. ser.  
 omnem consecravit (a) diem: Per illam DEVS 12. de Nat.  
 occultus; Per hanc homo manifestus; (b) utra- Domini,  
 que mirabilis, utraque inenarrabilis; In utra- Tom. 10. Op.  
 que est ὁμολογούμεως μέγα τὸ τῆς εὐσε- p. m. 194.  
 βείας μυστήριον: 1. Tim. 3. v. 5. in quod & Angeli (b) Aug. lib.  
 gestiunt & ἁγίου: 1. Pet. 1. vers. 12. Et dum 18. de civit.  
 utramque defendimus, neutram alterius affir- Dei. cap 46.  
 matione tollimus; Nam nec temporalem primæ Tom. 5. Op.  
 istius perpetuitate damnamus; nec æternam hu- p. m. 220.  
 jus temporalis brevitatem concludimus, scientes  
 Verbum DEI inseparabilem prolem, & huius vere (c) Aug. c. 11.  
 prolis verissimam carnem; (c) Et sicut per illam contra Fil.  
 revera factus est ἁγίος; ita per hanc verus est Tom. 6. Op.  
 ἁνθρώπος: Illam in superioribus perpendimus, p. m. 285.  
 hanc pro instituti ratione (d) distinctis quatuor (d) Aug. ser.  
 capitibus inclusam in Presenti Διακρίσει con- 1. de Nativ.  
 templabimur: 1. acturi de Circumstantiis: Tom. 10. Op.  
 2. Nativitate ipsa: 3. Ejus fine: & tandem p. m. 190.  
 4.

quartum practicâ meditatione conclu-  
suri.

T H E S I S I.

CAP. I. Quam salutaris vitæ Christi cognitio, utpote  
que viam, si querimus, que animæ viaticum, si  
desideramus, que veritatem, si cupimus, que pa-  
nem, qui de cælo descendit, & dat vitam mundo, si  
esurimus, ostendit, que fontem salientem in vitam  
eternam, si sitimus, monstrat: Tam utilis est ejus-  
dem Nativitatis contemplatio: Hæc enim ma-  
xima amoris divini erga nos declaratio est, hæc  
ultimum omnium promissionum complementum,  
hæc omnis salutaris notitiæ principium, & totius  
Christianismi fundamentum, quod sciamus,  
DEUM HOMINEM esse natum.

II. Hanc verò τῆς λόγῳ in carne Πρωτόγονῶν  
accuratissimâ descriptione inter omnes Evange-  
(a) In cap. 2. listas Lucas consignavit, unde non immerito de eo  
Luc. Ambrosius (a) inquit: Lucas se satis divi-  
tem fore credidit, si Domini præsepe ex  
omnibus vindicasset: Quod enim superiore  
capite observavit, nihil omittebat, quod ad accuratam  
præcursoris Christi, nativitatis cognitio-  
nem facere videbatur, idem hic diligenter obser-  
vare voluit: Hujus igitur ductum sequentes, &  
devitantes omnes aliorum errores, ne sicera falsi-  
tatum inebriati in temulentiam humanarum  
traditionum abducamur, singula notatu digna  
perpendemus, initium facturi à Circumstantiis;  
quarum due potissimum; Temporis & Loci.  
III. Tem-

III. Tempus investigamus non temeritate Ge-  
 nethliacorum ex singulari astrorum observatione  
 nativitate hanc divinantium, sed firmitate  
 rationum Historiarum, quarum non paucas in-  
 dicat Evangelista: dicendum ergo 1. de remoto  
 hoc est, anno: 2. propiore. die: 3. proximo:  
 hora: Annus notatur: 1. Generaliter, verbis,  
 v. 5. cap. 1. quæ conser cum Matth. 2. v. 8. Tem-  
 poribus Herodis regis: 2. Specialiter ver-  
 bis cap. 2. v. 1. seq. descriptionem seu censum  
 universi orbis factum edicto Augusti Cæ-  
 saris præfidente Syria Cyrenio, exprimen-  
 tibus. Generalem primam notationem  
 dixi, eo quod certus Regni Herodis annus nec hic  
 nec à Matthæo sit expressus; non parum tamen  
 notatio hæc facit ad Historiæ certitudinem, præ-  
 fertim cum hujus mentione Evangelistæ indicare  
 voluerint tempus huic nativitati à DEO de-  
 stinatum, & verbis Prophetiæ Jacobi, Gen. 49.  
 v. 9. 10. determinatum, unde non sine causa no-  
 tantur scribit cap. 1. v. 5. Lucas: Ἡρώδης τῆς Βα-  
 σιλείως: addito articulo Ἡ, cuius vis Νεοπύ-  
 λην accurate: 1. indicat Personam certam He-  
 rodem nempe Magnum è rebus gestis sic di-  
 ctum, Hircani seu Antipatri Filium, aliàs  
 Ascalonitæ Idumæi dictum primum Iu-  
 daicæ gestis Regem peregrinum, (a) qui ordina-  
 rium tribus Iudææ imperium licet non Regale at  
 Sacerdotale σωεδριον dictum sustulit (b) &  
 nefanda iudicium cæde è domo Davidis collectorum  
 Antiq. Iud.

lib. 1. Hist. cap. 30 p. m. 29. Joseph. Antiq. Iud.

lu-  
 ore  
 , si  
 pa-  
 o, si  
 am  
 is-  
 da-  
 hac  
 m-  
 ius  
 us,  
 ce  
 re-  
 e co  
 vi-  
 ex  
 ore  
 a-  
 io-  
 ero  
 &  
 li-  
 um  
 na  
 is-  
 ci.  
 m-

*lib. 14. ca. 26. p. m. 429.* pœnam sibi olim inflictam ultus est, quod cædis da-  
*Et lib. 1. de Bello Iud. cap. 11. p. m. 645. Euseb. lib. 1. Hist. Eccles. cap. 7. m. p. 8.* mnatus in exilium migrare coactus fuerat, ut sup-  
 plicium capitis effugeret, atq; sic Prophetiam Jacobi implet: *Olymp. 185. (c) 2. d. distinguit ab alijs hunc Herodem eodem nomine dictis; quorum: primus Antipas alias Tetrarcha filius Herodis Magni: alter verò Herodes Agrippa, filius Aristobuli filij Herodis Magni, hujus scil. nepos: Illius sit mentio, Matth. 14. Luc. 3. Act. 13. Luc. 23. cujus Historiam vide apud Joseph. (d) Hujus Act. 12. v. 2.*  
*Philo Iudæor. IV. (c) Philo in Chron. Car. p. m. 116. l. 2. (d) lib. 23. Antiq. cap. 9. 10. 14. (e) Euth. Philip. in Chron. lib. 2. p. 167. (f) Sulp. Sev. lib. 2. sacr. Hist. Epiph. in lib. Op. Pana. cont.* *IV. Etsi verò de Supputatione quoto scil. anno regni Herodis Christus natus sit magna inter Auctores sit controversia, cum alij (e) valint fuisse annum Herodis 30, alij (f) annum 33. opiniones tamen eorum facile componi possunt, si distinguatur annus appellationis seu proclamationis, quo scil. Herodes Rex Judææ appellatus est, anno scil. 9. Imperii Augusti, Olympiade 184. desinente: (g) ab anno regiminis quo Hierosolymam cepit, & ipso actu Regiam Majestatem adeptus est, anno scil. 12. Augusti & Olympiadis centesimæ octogesimæ sextæ, quarto: (h) ab hoc, numerandi initium faciunt, qui 30, ab illo verò, qui 33. defendunt; alij aliter statuunt, quorum rationes Chronologi expendunt.*  
*Her. cap. de Christ. ad ven Her. 51. (g) 10. eph.* *V. In speciali notatione tria observanda veniunt. 1. Augustus Cæsar, cujus edicto facta est descriptio: 2. descriptio ipsa; de Augusto duo*  
moven-



moventur: 1. quis Mundi annus actus tempore lib. 14. Ant.  
 bujus descriptionis? 2. quo anno imperii s. a. p. 26. p. m.  
 et a? de utroque magna est controversia, licet 429.  
 de priore major; cum tot serè de eo sint opiniones (h) Ioseph.  
 & sententia quot capita, ut videre (a) Jesh ex Luca lib. 14. Ant.  
 Gaurico non paucas notante, ut & Dn. Che- cap. 26. p. m.  
 mnitio. Nos rem expeditam esse in priore dubio 437.  
 putamus, si supputandi modum, quem ostendit (a) cap. 8.  
 Dn. Chemnitius l. d. cum D. Luthero & Phi- Harm. p.  
 lippo sequamur, qui annum 3962. à condito m. 90.  
 mundo ad imperij Augusti annum, quo natus est  
 Christus, ostendit: huncq; ut retineamus, move- (b) in Re-  
 mur: 1. certitudine sacrarum literarum cens. Argu.  
 hunc modum probantium: 2. multitudi- libel. de E-  
 ne Orthodoxorum: Lutheri, Philippi, mend. Tem.  
 Chemnitii, Urspergensis Funccii (qui l. vi- cap. 6. 7. seq.  
 ter ad annum 64. declinare videtur) & aliorum (c) Her. 51.  
 &c. 3. Inconstantia cæterorum Chrono- (d) lib. 7.  
 logorum: 4. Infirmitate rationum nobis cap. 2.  
 oppositarum, quas hinc inde petitas refu- (e) lib. 1. Ho-  
 tatas reperies à Thoma Lydiat. (b) stor. Eccles.  
 VI. In altero tollendo sequimur opinionem vul- cap. 6. v. 7.  
 gatam, actum scilicet tempore nativitatæ Christi an- (f) in lib.  
 num imperii Augusti 42; Et hanc sequitur adv. Iuda.  
 Epiphani. (c) Orosius. (d) Eusebius, (e) qui cap. 8.  
 bus contrarij licet videantur Tertull: (f) Hiero- (g) in cap. 2.  
 nym: (g) Irenæus (h) annum quadragesimum Esa. & in  
 primum defendentes, facile tamen conciliari pos- cap. 9. Dan.  
 sunt; si dicatur, vel illos immediatè respexisse ad (h) lib. 3.  
 obitum Cesaris; hos verò ad annum subsequen- cont. her.  
 tem; cap. 25.

tem; vel illos juxta Calendarium Romanum  
 nativitas Tempus sub finem anni factum ad se-  
 quentem annum retulisse; hos vero precedenti  
 anno nondum elapso adnumerasse: quam conci-  
 liationem esse necessariam nisi manifesto Patres  
 posteriores errasse dicere velimus, apparet.

VII. Succedit descriptio, de qua his verbis Ev-  
 angelista; ut describeretur totus orbis; seu  
 ut vulg. & Eras. ut censeretur: Quis per de-  
 scriptionem hoc loco intelligatur, etiam Au-  
 ctiores variant: quidam nil aliud esse volumi quam  
 nominum professionem, quum quisq; nomen pro-  
 prium summo Monarchæ Augusto profiteri  
 coactus est: † At probabilior eorum videtur sen-  
 tentia, qui statuunt, in hac descriptione omnibus  
 & singulis Imperij Romani subactis certum recti-  
 galimpositum esse, adeoq; omnes coactos fuisse non  
 tantum nomina, sed totam possessionem omnium  
 bonorum profiteri; quod non obscure innuere vi-  
 detur verbum *δοξα* & *Πεδοξ*, in hac significa-  
 tione (scilicet) in Scriptura usitatum præcipue  
 a 70. vide *Isaiah. 10. vii. Hebr. 12. v. 23.*  
 (1) *IIIX.* Et ne confunderetur hæc descriptio, quæ uni-  
 versus orbis (*πᾶσα ἡ οὐραμένη*) ad verbum: tota  
 inhabitabilis; subintellige *γῆ*) *Ἐσπερολικῶς*  
 (*ἡγεμονικῶς*) more Romanorum usitatissi-  
 mo per arrogantiam generale & universale Im-  
 perium sibi venditantium; indeq; titulum, quo  
 Rerum Domini dicerentur rapientium, pro or-  
 bis parte Romano Imperio subjecta, ut recte  
 supe-

† ut Sel. con-  
 staret de nu-  
 mero subdi-  
 torum ad  
 Imperium Ro-  
 manum per-  
 tinentium.

superiora verba Syrus  $\omega\epsilon\phi\epsilon\gamma\sigma\iota\mu\omega\varsigma$  his ex-  
 pressit: Omnis populus ditionis ipsius; de-  
 scriptus dicitur; cum ea, quæ hanc post aliquot an-  
 nos sequuta est. Archelao vid. relegato post im-  
 perium 9 annorum, cuius meminit Josephus.  
 [a] Illa siquidem universalis erat & totius im-  
 perij; hæc particularis & solius Judææ, ut ex  
 Dion. lib. 56. probat Dn. Chemn. d. l. & Beza  
 in notis super hunc locum. Non sine causa  
 additur quod 1. fuerit Prima  $\pi\epsilon\omega\tau\eta$ : Hoc voca-  
 bulum licet alij sic explicent, primam nempe idè  
 dicit, quod initium ejus primò factum fuerit in  
 Syria, cum Syria sita esset in medio quasi Zo-  
 næ habitabilis; alij quòd prima respectu Cy-  
 renii dicatur, licet præcesserint alia; at rectius  
 nos dicere credimus, si primam idè appellatam  
 putemus: 1. quòd nulla talis præcesserit;  
 2. nec ulla tali modo sequuta; 2. quòd fuerit  
 facta Præsidente Syriæ Cyrenio: quæ verba  
 male vertit vulg. a Cyrenio Præsidente con-  
 tra manifestam rationem & veritatem, cum non  
 indicet his verbis Evangelista à quo, sed quan-  
 do hæc descriptio facta fuerit. Et constanter qui-  
 dem vocabulum  $\kappa\upsilon\rho\eta\upsilon\epsilon\iota\varsigma$  in omnibus Exempla-  
 ribus legitur, quanquam apud Justinum [b]  
 Josephum, [c] Tacitum [d] Quirinus ap-  
 pelleretur; apud Onufrium vero & Interpre-  
 tem Syrum Quirinius, facilis tamen & hic est  
 conciliatio, cum constet hujus generis nomina  
 Romanorum à Græcis variè & lecta & scri-

(a) lib. 18.

Antiq. cap. 1.

Rom. 374.

(b) Apol. 2.

(c) d. 1.

(d) lib. 3.

Annal. p. m.

120.

[a] Her. 51.  
lib. 1. Strom.  
[b] lib. 1.  
cap. 12. &  
lib. 2. cap. 3.  
[c] lib. 4. de  
Trin. cap. 5.  
T. 3. Op p.  
m. 100.  
[d] lib. 3. de  
cultu Sanct.  
cap. 11. T. 2.  
Op p. m. 361.  
[e] in lib.  
dubiorum.  
[f] Tom. 3.  
Concil.

pta fuisse: quam responſionem ſatisfacturam pu-  
tamus non tam malè informato Ariſtarcho,  
quàm ſevero & duro Phalari Lutheri, Emſero.  
IX. De die multi litigant ij præſertim, qui omnia  
curioſè inquirere ſibi laudi dicunt, ut pleriq; Pon-  
tificii, præſertim cum aliquot antiquorum Pa-  
trum habent auctoritates; Epiphanius [a]  
ſtatuit diem 6. Ianuarij: Clemens Alexandri-  
nus [b] diverſas refert ſententias, quorum qui-  
dam diem 25.  $\Theta\alpha\pi\mu\delta\eta$  nobis Aprilis, quidam  
25.  $\pi\alpha\chi\omega\nu$  Martij numerarunt: Nos in re in-  
certa rationibus deſtituti firmis nil determinare  
quàm falſum affirmare malumus, & ſententiam  
vulgò à Patribus receptam, Nicephoro, [c] Au-  
guſtino, [d] 25. Decembris diem retinentes ſe-  
qui; qui an fuerit Solis? ut Bellarmino; [e]  
an Saturni? ut Antonio de Giſlan: [f] an  
Veneris? ut Surio, non ambigimus; nec Oſi-  
andri opinionem ob infirmam rationem tem-  
pus Brumale rejicientis, defendimus.  
X. Ut ergo dies incertus, ita incertior hora;  
ſigmenta quibus placent, quicq; ſatiùs ſine Scriptu-  
ra aliquid ſtatuerè quàm cum Scriptura tacere  
putant, quamcunq; fingant, nobis non adver-  
ſabuntur.  
XI. Atq; hanc Dominicæ nativitatis temporis  
conſiderationem non otioſum quid eſſe patet:  
i. quod evertat Judæorum impietatem  
verum Meſſiam veniſſe negantium, & oſtendat  
omnium Prophetiarum vaticinantium de tem-  
pore

pore nativitatis Messiae, eiq; ablationem fce-  
pti de Iuda adscribentium, complementum, quod  
Caesare peregrino Augusto & Rege alienigena  
Herode factum. Duo ergo loca tempus hoc des-  
cribentia hic notari potissimum possunt, Gen. 49.  
v. 10. Dan. 2. v. 44. quibus licet tam manifestè  
convicti constringantur. Judæi, fraude tamen  
diabolicâ non desinunt absurdissima quæq; finge-  
re, textus ut evidentiam depravent. Quid enim  
quæso hæc sibi vult malignitas, quâ contendunt,  
dictum Gen. 49. non eo, quo nos id explicamus mo-  
do interpretandum esse? hinc alij vocalem שׁבט  
de virga calamitatum intelligunt, quorum  
vanitas redarguitur facile: Nam si vocala שׁבט  
calamitatem denotat, erit illa vel privata vel  
publica; Si hæc? Sequitur, à temporibus hujus  
Prophetiæ nunquam in tribu Judæ tranquil-  
lum fuisse usq; ad tempora Messiae statum, cujus  
assertionis falsitatem exempla non pauca osten-  
dunt: in specie nota Davidis & Salomonis; si  
excipiant: pacem hanc non diu durasse nec firmam  
fuisse; Resp. ejusmodi Politicam pacem in Messia  
nullibi promissam: 2. nec esse talem expectan-  
dam cum hæc tribui Judæ promissio facta impleri  
(juxta ipsorū mentem) in confusione tanta, omnium  
tribuum non possit; Quæ de futura per Messiam  
invenienda distinctione tribuum garrunt, refuta-  
tione digna non sunt, cum prolata omnia divina  
Scripturæ sint contraria; Si de illa? quomodo hæc  
Prophetia ad solam tribum Judæ pertinet? cum  
alie

alia non minus & quotidianis arumnis subjecta  
 & promissiones quoque si obedientiam DEO presti-  
 tura in pressurisque ipsum quaesitura sint de exaudi-  
 tione paterna & benigna sublevatione habeant; alij  
 voculam  $\text{דָּוִד}$  tribu denotare ajunt, quorum vani-  
 tas facile infringitur, ut in conflictu fiet manifestu.  
 XII. Alia somnia alij finxerunt; hinc quidam vocu-  
 lam  $\text{דָּוִד}$  ad Davidem transtulerunt; alio per  
 eam civitatem hoc nomine dictam denotari vo-  
 laerant; quidam  $\text{ד}$  finale in  $\text{דָּ}$  verterunt contra  
 Chaldaeam Interpretem & 70. manifeste  $\text{דָּ}$

(a) lib. 1. Te-  
 ram. contra  $\text{דָּ}$   
 Iuda. Tom. 2  
 op. p. m. 203.  
 (b) lib. 22.  
 sont. Faust.  
 cap. 85. T. 6.  
 op. p. m. 161.  
 (c) Tom. 4.  
 disp. Giesl.  
 disp. 12.  
 (d) de trib.  
 Elohim lib. 3.  
 p. m. 49. seq.  
 cap. 10.  
 (e) Comm.  
 Super hunc  
 locum. p. m.  
 732.  
 retinentes, unde non sine causa voculam  $\text{דָּ}$   
 derivamus, sequuti Chaldaeam & Grae-  
 cos ita legentes  $\omega \tau \alpha \delta \omega \nu \epsilon \iota \mu \nu \alpha \alpha \iota \tau \alpha \varsigma$ , cui  
 sunt ea, quae sunt reposita, id est, cui Re-  
 gnum repositum, & felicissima quaeque:  
 quam lectionem etiam calculo pie Antiquitatis fir-  
 mamus, vid. Cypria. (a) August. (b) & alio-  
 rum; Quae putida obijciunt sigmenta, satis refutata  
 invenies apud Clariss. Dn. Helvv. Dn. Jacob.  
 Martin. (c) & textualem Mercorum. (d)  
 XIII. 2. Anabaptistarum impudentiam omnem  
 praetextu Evangelicae libertatis Politiam tollentium,  
 contra quos non parum facit haec accurata nati-  
 vitatis Dominicae temporis notatio ostendens nullam  
 ratione Politiam Evangelio tollendam, quin potius  
 illam sua voluit nativitate stabilitam, suo exemplo  
 ejusdem leges fundatas & munitas Matth. 17.  
 v. 27. imò confirmatas Matth. 22. v. 21. quod ex-  
 plum sunt etiam Apostoli sequuti: 1. Pet. 2. v. 13. 18.  
 Rom. 13. v. 1.

XIV.

XIV. Esauitarum malignitatem status Vitæ  
perverso p̄textu potestatis Ecclesiasticæ evertentiã.

XV. Ut accaratus in tempore, ita non minus dili- **LOCUS.**  
gens in loco exprimendo fuit Evangelista; vocatur

is Bethlehem (ad distinctionem alterius in tribu  
Zabulon, de qua Ios. 19. v. 15, Iud. 12. q. 8.) Judæ  
seu Judææ dictum: v. 4. quam nativitati futuri  
Messiæ adsignarunt, etiam abjurati ejus hostes,  
Matth. 2. v. 5. Iob. 7. v. 42. coacti evidentia Prophe-  
tie Mich. 6. 5. v. 2. atq; in hac Servatorem, Regemq;  
Regum & Dominum dominantium non excipit  
Regis domus & aula, sed vilissimum & squalidum  
stabulum, præsepe, in quo quiescere posset præbens.

XVI. Adeoq; nihil deest, quod ad stabiliendam Mes- **CAP. IX.**  
siæ nativitatem facere videtur, ut inexcusabiles etiã  
affectata sua, & præter conscientiam malitiosa cœ-  
citate sese reddant hostes Christi omniumq; fidelium

(Messilianorum nomine per contemptum ab ipsis de-  
nominatorum) cum sciant nō tantum omnia oracula  
impleta, sed & locum huic nativitati destinatum jam  
olim eversum & fuuditus dirutum esse; unde ex cir-  
cumstantiarum omnium convenientia & certitudine ita  
jam porro concludim; Cujus nativitati omnes cor-  
respondent circumstantiæ à Prophetis determina-  
tæ, is est verus Messias, ejusq; jam præterit nati-  
vitas; Atqui E. 1. Plenitudo enim temporis, in qua  
nasci debebat Messias Gal. 4. v. 5. ex superioribus ac-  
curatè patet, correspondens scil. Vaticinijs Gen. 49. 10  
Dan. 2. v. 9. quibus adde: Dan. 9. v. 24. Hagg: 2. v. 7.  
Mal. 3. v. 1. c. 5. 5. 2. nec loci determinatio fallit. 3. nilq;  
rationib; vel apparentib; huic nativitati eōtrariatur.

XVII. Post Circumstantias expensas, qua fieri  
potuit brevitate, Nativitatem ipsam contem-  
plemur, in qua consideranda occurrunt 1. Mater,  
de qua disp. sup. 2. Persona nascens; Et hæc non est

est nudus homo, licet homo; nec nuda caro licet sit  
caro; nec per se subsistens, licet subsistens, sed homo

[a] Epist. 22 **DEVS: DEVS non sine humanitate, nec humani-**  
[b] de Fid. **tas sine Deitate, ut eleganter Leo: [a] unde rectè**  
ad Pet. cap. Augustinus: [b] Ipsum DEI Filium Maria  
18. p. m. 340. concepit carnis suæ acceptione, non seor-  
T. 3. Oper. sim subsistente verbo, & seorsim subsi-  
[c] de Or- stente carne *ἰδικῶς καὶ ἀναμέρως*, ut loqui-  
thod. Fid. c. 2 tur Cyrillus. Sed carne *ὑφισταμένως* proprio  
p. m. 219. carente in *ὑπόστασις* Filii DEI subsistente:  
[d] Aug. de qua de re ita Damasc. Non peperit virgo *ψι-*  
Corr. & *λὸν ἀνθρώπου*, [c] sed hominem *θεογενῆ*:  
Grat. cap. 11. Sic ergo Maria rectè *θεοτόκος* & DEUS in-  
Tom. 7. Op. carnatus dicitur. Et licet nascatur Persona, na-  
p. m. 477. scitur tamen secundum carnem: Hoc est illud  
[e] August. mirabiliter singulare, & singulariter mira-  
Epist. 3. T. 2. bile: [d] opus potentius quam ipsa mundi  
op. p. m. 5. creatio, cujus si ratio quæritur, non erit  
mirabile: si exemplum poscitur, definit  
esse singulare; [e] Et hujus Personæ non tan-  
tùm humanitatem, sed & divinitatem probant:  
1. Angeli. 2. Agnoscunt Pastores: 3. Compro-  
bant Magi.

18. 3. Modus, qui duplex; Interior &  
Exterior alter: circa primum multa spinosa &  
supervacanea moventur quæstiones ab ijs præser-  
vum quibus præ Scripturis fabulosa traditiones pla-  
cent: ab alijs multa consinguntur miracula, qui-  
bus repletur nugatorium illud Prot Evangelium  
Iacobi: Primum hinc quod moveri solet, i. e. quo  
quæritur; An Maria pepererit alvo clausa,



an verò aperta? Nos affirmativam tenemus, scientes, quòd  
 Maria semper manserit *ἀειπαρθένος ἡ ἀπαργύρα*: unde  
 ut olim Helvidio homini rustico & stupido Auxenty discipu-  
 lo perpetuam virginitatem Mariae neganti cum asseclis, Anti-  
 dico-Marianitis, respondit Hieron. Natum esse DEVM per virgi-  
 nis genitalia credimus, quia legimus: Mariam autem post partum  
 cum Joseph concubuisse aut filios ex ipso susulisse, non credimus,  
 quia non legimus; Sic nos hoc loco obloquentibus responde-  
 mus: Ex alvo natum esse Christum agnoscimus, quia legi-  
 mus, modum autem quomodo? determinare non possumus,  
 quia non legimus. † teste Hier. & Epiph. Her. 78. cont. 4.  
 Magd. f. 404.

XVIII. Exteriorem nativitatis modum indicat, non regia ma-  
 jestas & splendida dignitas, sed spontanea & voluntaria pau-  
 pertas; nudus enim intravit in mundum: miserè ab eodem  
 assumptus, & parum imò præter miseriam & paupertatem in-  
 veniens nihil; Ita enim per omnia tentari debuit, & fratribus  
 assimilari, & explere Prophetias de hoc nativitatis modo vari-  
 cinantes: *Esai. 29. v. 14. Zach. 9. v. 9.* Quà suâ spontaneâ pauper-  
 tata evertere voluit: 1. omnem vanam persuasionem de munda-  
 no Regno, quod affingebatur Messiae, & ostendere regnum  
 suum de hoc mundo non esse, ut testatur ipse Johan. 18. v. 36.  
 2. forma sua Sponsus præ filiis hominum elegans Cant. 1. declarare  
 voluit Sponse qualem ab ea requireret faciem non fucatam &  
 pomposa superbia elatam, sed humilem & abjectam mini-  
 mæque fastuoso vultui *Esabbítico* correspondentem; 3. Indi-  
 care summam *Φιλανθρωπίαν* & amorem erga homines; quod  
 cum dives esset, pauper nasci absq; omni tamen immundicia  
 & sorde (cum & paupertas mundiciem minimè respuat di-  
 cente Erasmo super hunc locum) vellet, & cum in summa ma-  
 jestate vi unionis Personalis, attestantibus id Angelis dnm  
 abjectissimæ formæ puerum *Dominum* vocant v. 11. impiè ve-  
 rò negante *Naum Calviniano perfido*, \* fuerit, eandem tamen  
 exerere noluerit. (\* in Concione super hunc locum.)

### CAPVT III.

XIX. Progredimur, paucula de sine hujus nativitatis subjecturi  
 indicat huac Angelorum caterva, v. 10, 10. *Μὴ φοβείσθε; ἰδοὺ γὰρ*

γὰρ εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην ἣ τις ἔσται  
 παντὶ τῷ λαῷ: Ecce qui sunt Spiritus invisibiles visibiliter  
 apparent; Non homines nobis hæc nova nuncia prædicant,  
 sed *Angeli DEI* omnipotentis, cuius mandata exsequuntur  
 ministri; horum testimonia habemus, hi *verum nuntiatus si-*  
*nem* explicant, his omnes blasphemos & in sanctissimam na-  
 tivitatem Domini peccantes, refutamus & valedissimè per-  
 stringimus. *1. quidem pollutissimorum Sædæcorum delirium An-*  
*gelos esse negantium hac Angelica apparitione evertentes; 2.*  
*Persuasioni infatuatæ Judaicæ Synagogæ pompofam Regnum*  
*Messiaæ assignenti, idq; sibi soli arroganti, spirituali Christi officio*  
*in liberatione à peccato, morte & inferno consistente omni-*  
*umq; nativitati corruptæ subvenienti occurrentes; 3. Despera-*  
*ta calvæ Gentis particularitati verba Angeli univetsalissima re-*  
*ponentes; Quod erit toti populo. 4. dubitationi hesitantis Anti-*  
*Christi societatis Babylonicæq; meretricis sectæ, verbum adamante*  
*solidius, omnibusq; Satanicis tentationibus firmiter fiducia-*  
*liter obtudentes: Vobis natus est; 5. contra impietatem blasphe-*  
*mæ Photinianæ sectæ hujusq; ὁμοψήφων quorundam Papicola-*  
*rum Scholasticorum, ut S. Andréæ Osiandri. (Anno 1581.) præ-*  
*tendentem, etiam si homo non peccasset, nihilominus incar-*  
*nationem Filii DEI fuisse necessariã. cum 1. absq; visione Christi*  
*in carne homo perfectè felix non fuerit; 2. Indignum sit dicere Chri-*  
*stum per accidens incarnatum, cum peccatum per accidens factum:*  
*Voculam Salvatoris urgentes certoq; statuentes, Sublato malo*  
*salvatore hæc opus fuisse; & tandem dicentes: 1. negando absq;*  
*visione Christi in carne hominem sine peccato perfectè beatum esse*  
*non potuisse, eum consequenter tantum hic adpectus carnis*  
*Christi ob peccatum vid. per carnem eversum ad hominis*  
*non sine peccato, sed peccato polluti felicitatem faciat. 2. Di-*  
*stinguendo: Resp. DEI hanc incarnationem non fuisse acciden-*  
*tariam, cum Deus hominis lapsum præsciverit; respectu verò*  
*hominum accidentariam dici posse; sed concludere cogimur.*


CAPVT IV.


Practicam meditationem huic Psalmodiæ Angelicæ in-  
cludimus.

Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ καὶ ᾧ Πατρὶ ἡμῶν εἰρήνη ἐν ἀνθρώ-  
 ποις εὐδοκία.


FINIS.







Farbkarte #13 B.I.G.



OLOGIAS SACRÆ  
 o vigesima Quinta  
 De  
**VITATE**  
 FI EX VIRGINE,  
*Quam*  
 aente Θεανθρώπω  
 B PRÆSIDIO  
**ASARIS MEISNERI**  
 theol. D. & P. P.  
*collegio ad disputandum*  
*proponit*  
**US WIGANDUS RE-**  
 gio-Boruff.  
*diem 5. Septemb. horis pome-*  
*ridianis*  
 ditorio minori.  
**TEBERGÆ**  
*Gorman excudebat,*  
 cl. 15 CXIX.